



PERILLVSTRI D. AC PHYSICO
Excellentissimo

D. HIERONYMO
PIZZVRNO,
FR. GERVASIVS
PIZZVRNVS, S.



BTVNDEBANT caput in dies mihi du-
biola ab energumenorum consanguineis
proposita dum Genuæ exorcismi detiner-
er: quare iam tum præmeditabar quid-
piam scribere, quo possem, vel in sanis ir-
requietum hunc curiositatis morbum per-

sanare. Carptim è pluribus authoribus collecta nescio quæ
mecum asportavi dum massiliã ad Comitia Generalia pro-
perarem, quæ & coordinavi iam vt vt potui stylo incurioso,
quo faciliori, & pro ratione quidem otij, quod sanè mo-
dicum iam mihi datur ex quo supremis Religionis negotiis
coactus sum assidere. Placuit autem Enchiridion exorcisti-
cum inscribere continens Diagnosim, Prognosim, ac Thera-
piam Medicam & Diuinam affectionum Magicarum, quia
cùm tibi nuncupanda hæc ipsa destinarem, ratus sum fore
vt libentius legeres, si à medica vestra methodo hæc ipsa
parum recessissent. Debueram sanè cuiuslibet alij quàm me-
dico hanc elucubrationem commendare, cùm hoc perindè
videatur esse, ac ouem Lupo tradere custodiendam, mirum
enim quantum exorcisticæ oblatrare soleant charitati Ligu-
rici nostri medentes. Verum enimverò noueram te, vel ex